

num, (f) ubi mandatur, quod, quando executio realis, vel personalis in actibus judicialibus fieri potest, Judices abstineant à censuris Ecclesiasticis, nam dubitationis illud non est, procedere, quando Clericus de Jure capi possit.

6. Advertendum tamen est, beneficium dicti cap. Oduardus, solummodo competere Clericis in sacris, vel Beneficiariis, aut deputatis servitio alicujus Ecclesie; non autem Clericis in minoribus Ordinibus constitutis, vel Scholaribus, ut resolvunt Covarruvias, (u) & Joan. Gutierrez: (x) tamen in Scholaribus oppositum teneat Rebuffus, (y) quem refutant supradicti DD.

Advertendum etiam est, Clericum non posse renunciare beneficio dicti cap. Oduardus, & renunciationem de facto ab eis factam nullam esse, secundum Hostiensem; (z) etiam si cum juramento renuntiatio facta fuerit, secundum Covarruviam, ubi supra; quamvis Joan. Gutierrez contrarium in hoc ultimo resolvat: (a) nam negari non potest, quin prædictum beneficium indultum sit in favorem totius Ordinis Clericalis, ut ipsemet fateatur; (b) ergo juramento renunciari non potest: (c) sufficit enim in aliquod dedecus Ordinis Clericalis prædictam renunciationem redundare, prout redundat, quamvis non sit tantum opprobrium, quantum versaretur ex renunciatione fori, præsertim, quod in hac specie attenditur jus publicum totius Ordinis, si pacto privatorum jurato renunciari non potest. (d)

7. Advertendum deinde est, beneficium dicti cap. Oduardus, in pluribus casibus non habere locum, & septem limitationes ad illum textum refert Joan. Gutierrez: (e) 7. & praxis, qua circa illud beneficium observatur, est, quod Clericus habens beneficium à Judice petit, quod annuus redditus sui beneficii adjudicet suis creditoribus, pro portione quantitatis debita, dimissa sibi congrua portione ex eis, unde alimenta percipere valet. (f) Si vero debitor non sit Beneficiarius, sed tantum in sacris constitutus, tunc petit à Judice, ut ab eo recipiat cautionem juratoriam de solvendo are alieno, cum ad pin-

ignor. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinar. in vers. ex quibus aliud emanat privilegium, & ex Joan. Gutierrez, ubi supr. n. 17. referente Roder. Suarez, Gregor. Lupum, Covarr. Baz. & alios plures eandem opinionem tenentes, & asserentes, se jam ita in praxi obtinuisse.

(f) Sess. 25. de Reformatione, cap. 3.

(u) Lib. 2. Variar. cap. 1. n. 9. & Jacob. Menochius, ubi supr.

(x) In dicti cap. 17. d. 10. pro qua opinione faciunt, quæ resolvimus in 2. Prelud. hujus 2. Tom. 1. Pars. in vers. Secundo cognoscit, & in vers. Quinto cognoscit.

(y) In Auth. Habita, Cod. Ne filius pro patre, privil. 11.

giorem fortunam decesserit, & quod illum absolvat ab excommunicatione, & à carceribus relaxet: (g) quod Judex facit, præcedente ipsius Clerici petitione, & confessione debitorum: nam ad hoc ut gaudeat beneficio dicti cap. Oduardus, debet debita confiteri: (h) & tunc petitio concipienda erit forma sequenti.

LIBELLUS IN BENEFICIO cap. Oduardus.

Ilustre Señor.

„ Fulano, Clerigo Presbytero, vecino de
„ esta Ciudad de Salamanca, preso en esta
„ Carcel Episcopal, ò descomulgado, à pedimento de Fulano, y Fulano, sobre tanta
„ cantidad de maravedis que les debo, y
„ confieso deber, digo: que yo soy Clerigo
„ de Millà, y pobre, que no tengo bienes de
„ que poder pagar à los dichos mis acreedores,
„ y así, conforme à derecho, no puedo
„ estar preso, ni descomulgado por deudas,
„ del qual privilegio quiero gozar, y estoy
„ presto de hacer la caucion juratoria de que
„ los pagare, quando Dios me diere con que,
„ y mejoraré mi estado: à Vmd. pido, que
„ habida mi relacion por verdadera, en quanto
„ baste, por su sentençia declare, yo ser Clerigo de Millà pobre, y tal, que debo gozar
„ del dicho privilegio: y así declarado, mando de recibir, y reciba de mi la dicha caucion
„ juratoria, que estoy presto de hacer, y soltarme libremente de la prision en que estoy,
„ absolviendome de las censuras por Vmd.
„ contra mi dicernidas sobre la dicha razon: y sobre ello pido serme fecho cumplimiento de
„ justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y las
„ costas protesto, en caso de contradiccion, y
„ juro en forma de derecho in verbo Sacerdotis, por las Ordenes de Sant Pedro, y Sant
„ Pablo, que esto no pido de malicia, &c.

Este Pedimento se hace en esta forma, quando el Clerigo pobre no es Beneficiado, ni tiene renta Ecclesiastica; pero quando tiene beneficio, di-

(x) & Joan. Andream in dicti cap. Oduardus.

(a) In dicti cap. 17. n. 35.

(b) In dicti cap. 17. n. 34.

(c) Arg. text. in cap. Si diligenti, de Foro comper. cui ipsi non facit satis.

(d) Ut in dicti cap. Si diligenti.

(e) Ubi supr. dicti cap. 17. n. 10.

(f) Arg. text. in cap. Pervenit, de Fidejuss. hanc praxim præscripsit Steph. Auferrius in Addition. ad Capellam Tolosanam in decisi. 246. consentient Covarr. & Menochy ubi supra.

(g) Juxta formam text. in dicti cap. Oduardus.

(h) Secundum glos. ibi, verb. Rescogno, centes.

dice en la petition, que el està preso, ò descomulgado por tantos maravedis, que debe à Fulano, y Fulano, y que el no tiene de que les pagar, si no es de los frutos, y rditos de tal, y tal Beneficio que tiene: que el hace con signacion de los dichos frutos, y quiere, que de ellos se paguen los dichos sus acreedores, dexandole à el de ellos, para su congrua sustentacion, conforme à la calidad de su persona; y que haciendo lo sobredicho conforme al privilegio, que el derecho le concede, del qual quiere gozar, el no puede estar preso, ni descomulgado por deudas: y así pide à su Merced lo declare, y mande sequestrar, y guardar los dichos frutos, nombrando una persona abonada, que los coja, y tenga en fiel deposito, y de ellos le de à el cada año

tantos maravedis, para sus alimentos, y congrua sustentacion, que conforme à la calidad de su persona ha menester, salvo la judicial satisfacion de su Merced; y de los demas vaya pagando à sus acreedores por sus antigüedades, hasta que enteramente sean pagados, y le mande soltar, y absolver de las censuras en que està, &c.

De estos pedimentos manda el juez dar traslado à los acreedores, para que aleguen contra ellos, si quisieren: y despues de haverse alegado por ambas partes, y haver cada uno presentado dos escritos, si hay algo que consista en prueba, recíbelo el juez à prueba con un breve termino, y procedese, como en la via ordinaria, aunque mas sumariamente, y el juez dá su sentençia, conforme à lo processado, &c.

FINIS TERTIÆ PARTIS HUIUS SECUNDI TOMI.

QUARTA PARS HUIUS SECUNDI TOMI. DE FORMA, ET ORDINE PROCEDENDI in causis criminalibus.

EX CAPITE UNICO SUMMARIÆ.

1 **E**piscope, & eorum Vicarii Generales, & Foranei, atque Fiscales qualiter ministerium suum exercere debeant, & quod sit proprium Episcoporum munus, traditur.

2 Clericorum vita, & conversatio qualis esse debeat, & quomodo Concilium Tridentinum renovavit omnia, qua sancita antiquitus erant circa vitam, & honestatem Clericorum.

3 Episcopi vigilare debent, ne Clerici sint criminosi, aut inhonesti; & qualiter se habere debeant in corrigendis vitiis, & excessibus Clericorum, docetur.

4 Episcopi, & eorum Officiales non debent procedere ad capturam Clericorum, nisi prius recepta summaria informatione, & aliquo indulto ex ea contra Clericum resultante: & qua observanda sint in sumenda prædicta informatione: & quanta damna oriuntur, ex eo quod passim cuilibet Notario hæc informatio committatur, & quantum in hoc Judices præcavere debeant, late resolvitur.

5 Clerici incarcerari non debent pro quo-

libet delicto, nisi quando qualitas criminis exposcat: & tunc quoque sint observanda, traditur, & num. 6. in fine.

6 Alguacelli, & reliqui Ministri laici Episcoporum, absque metu excommunicationis, capere possunt Clericos, de mandato Judicis Ecclesiastici; & aliquando, absque mandato.

7 Carceris plures species esse, & quando ad poenam, & quando ad custodiam datur, demonstratur.

8 Clericus damnatus ad poenam carceris perpetui, an testari, & institui possit, traditur.

9 Judicis Ecclesiastici in actibus judicialibus se abstinere debent à censuris, tam in procedendo, quam in diffiniendo, quando executio realis, vel personalis fieri possit.

CAPUT UNICUM.

HOC in loco late agendum erat de modo, & ordine procedendi in causis criminalibus apud Ecclesiastica Tribunalia agitandis, nisi à nobis latissime de hoc actum esset in 5. Part.

Part. I. Tom. quæ ibi resoluta in presenti recensenda erunt, cum stylus Tribunalium Sæcularium procedendi in causis criminalibus ferè in omnibus conveniat (tylo Fori Ecclesiastici, & eisdem modis, quibus in Foro Sæculari proceditur ad crimina increpanda, & punienda, eisdem etiam proceditur in Foro Ecclesiastico: ac proinde, ne membranas occupemus, ad ibi tradita recurrendum erit: quo in loco plura necessaria, & utilia ad hujus praxis instructionem inveniuntur; solummodo in presenti nonnulla animadvertione digna notanda censui.

1. Et in primis admonendos censeo Episcopos, & eorum Vicarios Generales, & Foraneos, qui Episcoporum locum tenent, viceque gerunt, & penes quos totius Diocesis moderatio ac regimen *ex juris permissione* de Episcoporum mandato consistit, (a) & eorum Coadjutores sunt, per quosque ipsi Episcopi munus suum exercere censentur, Fiscales etiam, qui loco officii Episcoporum, seu Vicariorum succedunt, & quod ex mandato Episcoporum, vel Vicariorum faciunt, ipsi Episcopi, seu Vicarii facere videntur, (b) quod omnes, & quilibet pro munere sibi injuncto diligenter curent, in omnibus laborent, & ministerium suum implent super grege sibi commisso, sicut Apostolus præcipit. 2. Timoth. 4. Joann. 10. (c)

Implere autem illud se posse, sciant, si sumopere curent, & intendant investigare, ac corrigere vitia, delicta, & excessus suorum subditorum, cum proprie id munus Episcoporum sit, (d) positive ipsi sint, quasi in signum ad fagittam: (e) ac proinde vitam suam ita instruere debeant, ut irreprensibiles, sobrii, casti, domui suæ bene præpositi sint, & familiares suos instruant, & erudiant, ne rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemæ, & voluptatum amatores sint; sed vitia fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus præferant honestatem, quod eos facere maxime hortatur Concilium Tridentinum: (f) nam cum integritas præsentium salus sit subditorum, ut inquit Concil.

Trident. (g) sic oportet, eos vitam instituere, quia nihil magis alios ad pietatem, & Dei cultum instruit, quam vita, & exemplum eorum, plus Ecclesiæ, quam potestas; & si ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda sit, exemplo pii Pastoris, qui prius morbis ovium leviter fomenta adhibet, & postmodum, ubi morbi gravitas postulat, ad acriora, & graviora remedia descendit: hæc, & reliqua Concilium Episcopis admonet. (h)

2. Quam diligentiam Prælati, & eorum Officiales præsertim adhibebunt in corrigendis vitiis, & excessibus Clericorum: (i) nam cum Clerici in sortem Domini sint vocati, vitam moreque suos, oportet, eos ita componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque rebus nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferant, & levia crimina, quæ maxima in ipsis essent, effugiant, ut eorum actiones omnibus sint in exemplum: obidque Concilium Tridentinum (j) renovavit, quæ sancita, & statuta erant à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis, de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrina, luxu, commensationibus, choreis, aleis, lusibus, & aliis quibuscumque criminibus, & eisdem poenis, vel majoribus *arbitrio Ordinarii* imponendis, decrevit. (k)

3. Quamobrem idem Concilium Tridentinum (l) Episcopis præcipit, quod diligenter intendant, ne Clerici sint criminosi, nec inhonestam vitam agant: nam si pravus moribus vivant, quo modo redarguent Laicos de ipsorum vitiis, & qua libertate poterunt eos corripere? cum Laici tacite respondere possint, Clericos eadem commisit, quæ vituperant: ad quam tamen correctionem, & punishmentem faciendam Episcopi, & eorum Vicarii attendere, & considerare debent ea, quæ eis admonet Concilium Tridentinum, (m) nempe, quod ut facilius, & commodius sibi subditos regere, & in vitam, & morum honestate continere possint, illud animadvertant, se pastores, non persecutores esse, & ita præsele sibi Subditis, ut non in eis dominantur; sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, ut hortando, & monendo, ab illicitis deterreat, & quando eos peccare per fragilitatem humanam contingat, Apostoli præceptio ab Episcopis servetur, scilicet, *ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni*

(a) Juxta ea, quæ notavimus in Proœmio hujus 2. Tom. in 3. Præclud.

(b) Ut in dict. Proœmio in 4. Præcludo diximus.

(c) Et in cap. *Sit rector*, 43. Distinct. in cap. *Adversus* 7. quest. 2. & in cap. *Nisi*, de *Renunciat.* & in Concilio Tridentino, Sess. 6. de Reformat. cap. 1.

(d) Ut in cap. *Qualiter*, & quando II. de *Actus*, & in Concilio Tridentino, Sess. 14. de Reformat. cap. 1. & 4.

(e) Ut inquit text. in cap. *Qualiter*, & quando II. de *actus*.

(f) Sess. 22. in Decreto *De modo vivendi*.

(g) Sess. 6. de Reformat. cap. 1.

(h) Ut habetur Matth. cap. 5. Timoth. cap. 2. & in cap. *Qualiter* II. de *Actus*, & in cap. *Clericos*, 21. Distinct.

(i) Juxta text. in cap. *Irreprehensibilis* in princ. de *Offic. Ordini*, & in Concilio Tridentino, Sess. 14. cap. 1. & 4.

(j) Sess. 22. de Reformat. cap. 1.

(k) De quibus habetur in tit. de *Vita*, & honest. Clericorum in Decret. Sexto, & Clement. & in cap. *Non oportet* II. de *Consecrat.* Distinct. 5. & in cap. *Ordo* 21. quest. 3.

(l) Sess. 14. de Reformat. cap. 1.

(m) Sess. 13. de Reformat. cap. 1.

omni bonitate, & patientia, quia sæpe plus operatur erga corrigendos benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas; & si ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda sit, exemplo pii Pastoris, qui prius morbis ovium leviter fomenta adhibet, & postmodum, ubi morbi gravitas postulat, ad acriora, & graviora remedia descendit: hæc, & reliqua Concilium Episcopis admonet. (n)

4. Quocirca admonendi Episcopi, & eorum Officiales, quod quoties in eorum pervenerit notitiam aliquod crimen, vel excessum à Clerico, vel à Laico, in casu quo de Laici criminibus cognoscere possunt, (o) ad capturam personalem maxime Clericorum non procedant, ante receptam summariam informationem, ex qua aliquod inditium, vel præsumptio resulet contra capiendum, cum ad capturam perventuri non possint absque aliqua informatione, vel inditio: (p) quod præsertim observandum erit in captura Clericorum, quorum fama ex ea magis ladicur, ut notat Bern. Diaz: (q) in qua summaria informatione sumenda magnopere observent ea, quæ (r) resolvimus, & quæ advexit Bern. Diaz, (s) ubi multum iudicibus commendat, ne prædictam informationem, & examinationem testium cuiuslibet Notario committant, cum exinde plurima incommoda oriri soleant, ob idque curent, quod semper Fiscales in eorum præsentia crimina denuntient, ut Iudices pendere possint gravitatem, & speciem delicti, & qualitatem personæ, contra quam fit denuntiatio, ut juxta eam futura componant, & intelligant, quo zelo, & qua probatione denuntians moveatur, & an informatio summaria, examinatio testium, & totum illud negotium committi possit Notario, coram quo denuntians facit denuntiationem, quia in criminalibus causis summa opera, & diligentia Iudices eligere debent personam Tabellionis.

Multum enim interest, quod Notarii animus non sit corruptus precibus, aut pretio, aut alia effectione, ex quibus solent Notarii arcana negotii pandere, testes negligenter examinare, ac variis artibus, & fallaciis ad suam Tom. II.

pravam intentionem Iudices ipsos trahere, & ob id delicta aliquando impunita remanent, & aliquando pauperes rei indefensi: qua in re video Iudices nimia ignavia notandos esse, cum in eligendis Notariis prædictam diligentiam non exhibeant; imò semper hujusmodi negotia criminalia committant, nec dum cuiuslibet Notario sui Tribunalis, verumetiam cuiuslibet Notariorum Officiali, quod maxime dolendum est, propter quam plurima nocentia, & incommoda, quæ in damnum Reipublicæ, & etiam Clericorum ex tali commissione oriri solent: nam cum ferè semper pauperes sint prædicti Officiales, facili negotio corrumpuntur, & diffidia negotia dissimulant, & sollicitudinem debitam in testibus examinandis non adhibent, revelantque negotium, & depositiones testium ipsis denuntiatis, ut blanditis, & precibus testes alliciant ad declarandas, seu restringendas depositiones in iudicio plenario in favorem reorum, quas in iudicio summario fecerant; & ex diverso, si Clerici denuntiat forsan negligentes fuerint in alliciendis prædictis Officialibus munere, pretio, vel aliquo modo, maxima damna, sumptus, & expensas patiuntur, & testes in suis depositionibus excusantes Clericos denuntiatos, & in eorum favorem dicentes examinare nollunt, quinimo eos multis vexationibus, & molestiis fatigant, & afficiunt: & hinc non ab re in Concilio Tridentino (t) tribuitur potestas Episcopis, tanquam Delegatis Sedis Apostolicæ, inquirendi sufficientiam, & fidelitatem Notariorum, & in officio delinquentes ad tempus suspendendi, vel perpetuo privandi usu exercendi Notariatus officium, & in leg. 6. tit. 2. lib. 7. Recop. præcipitur Tabellionibus, ne suis officiis per subditos deserviant.

Ideo ad hanc commissionem Notario faciendam Iudex diligenter consideret ea, quæ docent text. Glossa, & DD. in Clem. 1. de *Officio*, & potest. *Jud. Delegat.* ubi Vitalianis (u) notat, talem commissionem faciendam esse cum causæ cognitione, & parte citata, & quod prius habenda est cognitio de idoneitate, & honestate examinatoris, cui fieri debet dicta commissio: & Felinus (x) ponit regulam, scilicet, quod Iudex, etiam in causa civili, per se ipsum debet examinare testes, & deinde ponit

Ecc
nir

(n) Idque etiam habetur, apud Apost. Timoth. 1. cap. 1. & Timoth. 2. cap. 4. & in princ. 45. Distinct. & in cap. ult. 94. Distinct. & in cap. *Eslo subsecutus*, 95. Distinct. & in cap. *Rescindenda*, & in cap. *Corripiantur* 24. quest. 3.

(o) Quorum meminimus in Proœmio hujus 2. Tom. in Præclud. 2.

(p) Ut resolvimus in dict. 5. Part. 1. Tom. 5. de *Causis delinquentis*.

(q) In Pract. Crimin. cap. 112.

(r) In dict. 5. Part. 5. de *Stylo fulminandi processum per viam accusationis*.

(s) In dict. cap. 112.

(t) Sess. 22. de Reformat. cap. 10.

(u) In princ. super gloss. 1.

(x) In cap. *Cum causam*, n. 36. de *Testib.*

nit tres fallentias: & in secunda dicit, quod quicquid sit de jure, *hodie* tamen de consuetudine inductum est, quod Judex propter multitudinem negotiorum hanc examinationem committit Notario: & refert Angelum dicentem, (y) Judicem posse hanc commissionem facere sine consensu partium, nam, ut inquit Francus, (z) electio Tabellionis ad Judicem, & non ad partes spectat, & quod Judex potest committere, tam examinationem, quam juramenta testium: quamvis Bartolus, (a) post Glossam ibi contrarium teneat, ut refert Felinus, (b) qui ponit regulam, scilicet, quod in causa criminali Judex hanc commissionem facere non potest, & ibi eidem regula adicit fallentias, & notat Covarruvias. (c)

Et quando Judex talem commissionem fecerit, diligenter considerabit, quae supra diximus: & de tali commissione constare debet in processu, per scripturam manu alterius Notarii scriptam, quam illius, qui examinavit testes virtute commissionis, secundum Thom. Grammaticum; (d) alioquin, si processu non constaret de tali commissione, nullitas induceretur, secundum Jacob. Menochium. (e)

Propterea Vicarios admono, ut in hoc desides non sint, sed per se ipsos testes examinare in causis criminalibus laborent, & omnia, quae in sumario judicio a testibus deposita fuerint, eisdem verbis proferat, vel elegantibus, turpibus, vel honestis per Notarium in scriptis redigi faciant: (f) quinimo in criminibus gravibus Judices prudentes solent secum adhibere aliquem virum providum, & honestum, in cuius praesentia testes summaria informationis examinent, & ita consilium fieri Bern. Diaz. (g)

5. Admono etiam Judices, quod postquam ex summaria informatione Clericum culpabilem repererint, non semper illum in

(y) Per text. dict. Clem. 1.

(z) In cap. *Mulieres*, de *Judic.* in 6. notab. ult.

(a) In Auth. *Apud loquentissimum*, Cod. de *Fide instrum.*

(b) Ubi supr. n. 29. 30. & 31.

(c) Lib. 2. Variar. cap. 13. n. 10. & Jacob. Menochius de *Recuperanda* possit. remed. 15. quaest. 26. n. 358.

(d) In conf. 67. inter criminalia, n. 3. Lamberteng. super Stat. Mediol. pag. 366. n. 43. & Avilesum in cap. *Prætorum*, cap. 27. n. 19. & nos supra diximus in ult. Annotat. ad totum Opus, n. 36.

(e) In conf. 100. n. 43. & nos diximus in 1. Part. 1. Tom. 8. Temp. n. 136. & huc pertinet, quae ibi resolvimus à num. 133.

(f) Ut etiam admonuimus in dict. 5. Part. cap. 3. de *Stylo fulminandi processum per viam accusationis.*

(g) In dict. cap. 112.

(h) Ut resolvimus in dict. 5. Part. 5. de *Captura delinquentis.*

(i) In dict. cap. 112. & eidem observandum esse pro-

carcerem derrudant, & personam ejus capiant, nisi gravitas delicti exposcat, cujus poena corporis afflictiva esset, in quo casu locus est capturae personae post summariam informationem; (b) alioquin in levibus criminibus citatio verbalis personalis sufficit, cum in eis fuga timeri non possit: quam citationem verbalem personaliter fieri posse in causis criminalibus, probat text. in cap. 1. de *Judic.* lib. 6. quod in levibus criminibus intelligendum esse, resolvit Bern. Diaz: (i) & ad hanc citationem verbalem personaliter faciendam Judices debent cautos esse, quod in ipsa citatione expriment generaliter causam, asserendo, *personaliter coram nobis comparere super criminali causa responsarius, de qua increparis.* (j)

Sed si criminis gravitas fuerit, Clericum personaliter capiendum esse, diligenter Judices curent, quod Clericus capiatur, qui de jure propter crimen capi, & in carcerem detruhi potest; (k) quod tamen intelligendum est verum, nisi talis Clericus Nobilis esset; nam tunc in vinculis detineri non deberet, quia Nobilis publico carceri mancipari non debet; sed congruentior locus, & honestior est sibi assignandus, ut puta, palatium Potestatis, aut tota Civitas. (l) Quinimo, etiam si crimen enorme esset, propter quod poena corporis afflictiva veniret imponenda, adhuc tamen Nobilis in carcere publico non esset detinendus; sed fidei custodibus dari posset, ut eleganter resolvit Roderic. Suarez: (m) quod in Sacerdotibus observandum erit, cum per sacerdotum quilibet efficiatur Nobilis, secundum Joann. Andream; (n) hoc tamen observari à iudicibus non video, imò pro quocumque crimine in carcere publico Clericos detinent, ac ideo multum in hoc advertere debent, ut statim dicemus; sed si nobilis suspectus esset de fuga, tunc custodes possent illum in vinculis detinere, ut pro-

bat Gregor. Lupus in leg. 18. tit. 1. Part. 7. in glos. 2. per illam legem, quam ita ibi intelligit.

(j) Et ita tenet Bald. in leg. 1. §. *Ujus* in fin. ff. de *Procurat.* Decius in cap. *Personas*, col. 5. vers. *Tertius casus*, de *Appell.* & Tiraquel. de *Poenis temperandis* in *Præfat.* num. 59.

(k) Juxta text. in cap. *Dilectis*, & ibi Panorm. & Decius de *Appell.*

(l) Secundum Jass. in *Repetit. leg. Admonendi*, col. 75. de *Jurejur.* quem sequuntur Palac. Rub. in *Repetit. Rub.* §. 9. n. 13. Matienzo in *Dialogo Relatoris*, 1. part. cap. 9. n. 11. & est lex 4. tit. 29. Part. 7. & ibi optime Greg. Lup. in glos. verb. *O me de buen lugar*, & in verb. *Lugar segura.*

(m) De *Fidejussore* in causa criminali, col. mihi 14. vers. Sed ego illum limitarem.

(n) In cap. *Et libentius*, de *Servis non ordin.* Tiraquel. de *Nobilitate*, cap. 9. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinar. col. 109. in fine.

probat leg. 6. tit. 29. Part. 7.

6. Ad quam tamen capturam Judices habere debent Alguacellos, & Ministros fideles cum familia competenti, quibus salaria necessaria tribuantur, ut ob egestatem donis, & muneribus non corrumpantur: qui licet Laici sint, de mandato tamen Judicis, absque metu excommunicationis Clericos capere poterunt; (o) quinimo absque mandato Judicis, ad vitandum delictum committendum, Clericos capere poterunt, secundum Panormitanum; (p) quinimo, Clericum de fuga suspectum absque mandato Judicis post delictum commissum Minister Judicis Ecclesiastici Laicus capere poterit, sine metu excommunicationis, secundum Panormitanum. (q)

Advertere insuper Judices debent, quod postquam constitit, aliquem Clericum delictum commississe, capiendumque esse, posse illum ab Ecclesia extrahere, si ad ea confugerit, ut resolvimus; (r) & si juxta qualitatem delicti, & delinquentis Judices inspexerint, in carcere detruendum esse, tunc curare debent, ne carcer immundus, nec corporis afflictivus sit; sed erit assignandus secundum qualitatem delicti, & personae ipsius delinquentis. (s)

7. Qua in re Judices considerare debent, quae resolvit in proposito Bern. Diaz, (t) qui constituit triplicem speciem carceris, asserens, quod, aut carcer assignandus est ad solam custodiam delinquentis; (u) quo casu sola fidelitas custodum, & securitas loci attendenda est, sine eo quod communicatio amicorum, & alia solatia in carceris tollantur: haec enim carceris prohiberi non debent; (x) ex causa tamen, ut puta, ante confessionem re-

Tom. II.

ceptam aliquando jubetur custodibus, ne permittant, aliquem carceratis loqui, ne instruantur ad negandum, secundum Gregor. Lupum, (y) qua in re cautos debere esse Judices admonet, quod, quando aliquis Clericus *prima tonsura* coram Judice Ecclesiastico se offert, timens Judices Saeculares, petensque adversus eos inhibitionem, in carcere tutissimo detineant, & in carcerem solitum cum detrudant; non vero dimittant sub fidejussoribus, aut in Ecclesia, vel Monasterio ponant, nam praeter incommoda plura, quae inde evenire solent, & quae notant Bern. Diaz, (z) & Covarruvias, (a) à Judice Saeculari talis Clericus capi posset, juxta text. in leg. 7. tit. 8. lib. 1. Recop. (b) & quod tunc Judices curent exigere à Judice Saeculari informationem criminis, quam adversus Clericum habet, ut ex ea facilius se instruere possint. (c)

Aut enim carcer assignandus est, nec dum ad custodiam, sed etiam ad corporis afflictionem, quia Judex intendit sola poena carceris delictum punire; (d) & tunc carcer strictior, & asperior dandus erit, ut poena commensuretur delicto.

Aut tertio, carcer in poenam criminis per sententiam assignandus est; & tunc dandus erit eo modo, quo inducat poenam condignam delicto: nam licet de *Jure Civili*, & *Regio* carcer non detur ad poenam, sed ad custodiam; (e) tamen de *Jure Canonico* carcer ad poenam datur: (f) quod tamen intelligit verum esse Baldus (g) in illis casibus, & delictis, in quibus de *Jure Civili* imponitur poena mortis: quem sequitur Panormitanus, (h) quorum intellectum probat Aretinus, (i) quando propter dec-

Ecc 2 lic-

(o) Juxta text. in cap. *Ut fame*, de *Sentent. excomm.*

(p) In cap. *Cum non ab homine*, & ibi Decium, & Aretin. de *Judic.* quos sequitur Bernard. Diaz in *Practica Crimin.* cap. 114. & eandem opinionem tenent Jass. in *prin. Infit. de Alien.* col. 14. & in leg. 2. ff. de *Jurisdic. omni. judic.* & Boerius in leg. *Consuetudinem*, Cod. *Quomod. & quando. Judic.*

(q) In cap. *Si vero*, de *Sentent. excomm.* & *Parid.* de *Puteo* in *Tract. de Syndicatu*, fol. 66. verb. *Captura*, n. 10. & communiter omnes ex Segura in leg. *Ab exheredat.* n. 8. de *Legat.* 1. Jass. in §. 1. num. 69. *Infit. de Alien.* & *Didac. Perez* in leg. 17. tit. 14. lib. 2. Ordinar. vers. *Causa autem*, est Baroat. & Aret. contrarium tenentes referat Bernard. Diaz in dict. cap. 114.

(r) In dict. §. Part. 1. Tom. in §. de *Delinquentibus ad Ecclesiam confugiens* in vers. *trigefimo secundo.*

(s) Ut diximus in dict. §. Part. 1. Tom. §. de *Captura delinquentis* in vers. qui carcer delinquentibus.

(t) In *Pract. Crimin.* cap. 116.

(u) Ut probatur in leg. *Aut damnatum*, §. *Solent*, ff. de *Poenis*, leg. 1. Cod. de *Custod. reor.*

(x) Ut in leg. 2. cum *Glos. Cod. de Custod. reor.* & in leg. 6. tit. 29. Part. 7.

(y) In dict. leg. 6. in glos. fin.

(z) In dict. cap. 116.

(a) In *Pract. Quaest.* cap. 33. n. 4.

(b) Et nos diximus in 1. *Prælat.* 2. Tom. in vers. *Quarto cognoscit* in fin.

(c) Ut etiam advertimus in dict. *Procem.* in *prin.*

(d) Ut in specie leg. *Si familia*, ff. de *Jurisdic. omni. jud.* & leg. 2. Cod. de *Sportul.*

(e) Ut in leg. *Incredibile*, Cod. de *Poenis*, & in leg. *Aut damnatum*, §. *Solent*, ff. de *Poenis*, & in leg. fin. Cod. de *Accusat.* & in leg. 16. tit. 1. Part. 7. & in leg. 4. & 6. tit. 29. Part. 7.

(f) Juxta text. in cap. *Quamvis*, de *Poenis*, lib. 6. & in cap. *Ut commissi*, de *Hæret.* lib. 6. & in cap. *Novimus*, de *Verbor. signific.* & in Clem. 1. de *Hæret.* quibus in locis constat, poenam perpetui carceris Clericos imponi posse de *Jure Canonico*, & notat Innocent. in cap. *Qualiter*, & quando 11. n. 6. de *Accusat.* & Bart. in leg. *Impetrium*, n. 8. ff. de *Jurisdic. omni. judic.*

(g) In *Repetit. leg. 1. col. 9.* Cod. de *Sacrof. Ecclæs.*

(h) In cap. *Tue*, de *Poenis*.

(i) In cap. *Cum non ab homine*, col. 9. de *Judic.*

liã atrocitatem Laico imponitur pœna mortis cum aliqua qualitate atroci, ut puta, ignis, fagittæ, traditionis ad bestias, membrorum lacerationis, vel hujusmodi; non alias, nisi in casibus à jure expressis: & Aretinum sequuntur Bern. Diaz, (j) & Greg. Lupus, (k) qui refert Baldum, & Bern. Diaz asserentes, 8. Clericum damnatum pœna perpetui carceris inextinguibilem esse *actiõem*, & *passiõem*; sed *hodie*, attenda leg. 4. Tauri, bene posse Clericum sic damnatum testari, & institui, firmat Bern. Diaz; (l) Covarruvias tamen (m) contendit, etiam ante prædictam leg. 4. Tauri, & ea non stante, Clericum sic damnatum testari posse: alias species carceris constituunt Baldus, (n) & Thom. Cerdan. (o)

Supradictis consideratis à Judicibus Ecclesiasticis, carcer imponendus erit Clerico delinquenti, qui, postquam in carcere fuerit detrusus, si delictum requirat, bona ejus coram Tabellione ex mandato Judicis ab Alguacello erunt confiscanda, & per inventarium penes aliquem tertium deponenda: quod intelligi debet, prout resolvimus in dict. Part. 5. 1. Tom. (p) & postmodum Judices, sive per viam accusationis procedant, sive per viam denuntiationis, sive inquisitionis, assumere debent ejus confessionem: qua in re observandum erit, quod resolvimus in dict. 5. Part. 1. Tom. (q) & deinde Judices in causa procedere debent forma, & ordine, quo resolvimus in dicta 5.

- (j) In Pract. Crim. cap. 129.
 (k) In leg. 4. tit. 31. Part. 7. in glosf. 8.
 (l) In dict. cap. 129. cum quo transit Gregor. Lup. in dict. loco.
 (m) In Rubr. de Testament. 3. part. n. 27.
 (n) In leg. Si capivi, n. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. & Angel. in Tract. de Malefic. in verb. Fama publica, n. 87.
 & Bosius in Praxi Crim. tit. de Carcere, n. 27.
 (o) In Tract. de Visita de Carceli, cap. 4.
 (p) In §. de Captura delinquentis in fine, ubi retulimus

Part. 1. Tom. si agatur per viam inquisitionis, ut ibi diximus; (r) si vero agatur per viam denuntiationis, ut diximus ibi; (s) & si per viam accusationis procedatur, ut diximus ibi: (t) & processus erit fulminandus utroque casu eo modo, quo ibi resolvimus, tam in libellis necessariis concipiendis, quam in aliis, usque ad sententiam torturæ, vel diffinitivam, ad quæ ibi resoluta recurrendum erit: atque ideo supradicta in isto Tractatu prænotatæ sufficiant.

9. Interim tamen Judices Ecclesiasticos admonco, quod maxime curent se abstinere à censuris Ecclesiasticis, tam in procedendo, quam in definiendo in his causis criminalibus, quando executio realis, vel personalis fieri possit, alioquin, si facile prædictæ executioni locus non esset, tunc eis licebit censuris Ecclesiasticis adversus delinquentes procedere, præcedente saltem bina monitione, etiam per edictum, si id res postulerit: & si hoc ita Judices observaverint, satisfaciunt mandato eidem injuncto à Concilio Tridentino. (u) Sed si reus delinquens absens, & contumax fuerit, tunc in casibus, in quibus de jure Canonico contra absentem procedi potest, quorum meminimus in dicta 5. Part. 1. Tom. (x) erit fulminandus processus, quod tempus cuiusque Tribunalis observaverit, qui sunt ita diversi, quod longum esset recensere uniuscujusque stylum.

- Bernard. Diaz in Pract. Crimin. cap. 124. agentem, quædam Clerici pœna confessionis honorum puniri possunt.
 (q) In §. de Confessione delinquentis.
 (r) In cap. de Modo procedendi per viam inquisitionis.
 (s) In cap. de Modo procedendi per viam denuntiationis.
 (t) A §. de Stylo fulminandi processum per viam accusationis cum §§. sequent.
 (u) Sess. 25. de Reformat. cap. 3.
 (x) §. de Modo procedendi contra reum absentem in principio.

FINIS QUARTÆ PARTIS HUIUS SECUNDI TOMI.



HUIUS SECUNDI TOMI.

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI
 in secunda instantia apud Tribunalia Ecclesiastica.

EX CAPITE UNICO SUMMARIÆ.

1 Appellatio an Principis rescripto, vel lege tolli possit cum justa causa, vel sine ea: & an in Principe presumatur, vel de ea constare debeat: & an tunc in aliquo casu appellari possit, traditur.

2 Appellatio interposita in casibus prohibitis à Legge, vel Principe, habet effectum devolutivum tantum, non suspensivum; ac ideo tunc innovatur, & attenda per Judicem à quo, non revocatur ante omnia per Judicem ad quem, licet alias revocari debeat.

3 Appellatio ab interlocutoria in omnibus instantiis, & in utroque Foro sublata est: & ibi explicatur Concilium Tridentinum, & Regula Cancellaria Pii V. & Gregorii XIII. & etiam, intra quod tempus finire debeat.

4 Appellatio gradatim est interponenda, non omisso medio, nisi ad Papam, Nuntium, aut ad Principem, vel ejus Cancellarias: & quid in appellatione interposita à Vicario Episcopi, & à Prælati aliis inferioribus subiectis Episcopis: & quid, quando Prælati habeant jurisdictionem Sacularem, traditur.

5 Appellatio in Foro Ecclesiastico intra decem dies à die intimationis sententia interponi debet: quod tempus, & relique juris dilationes ex justa causa possunt à Judice restringi, & prorogari.

6 Apostoli appellationis sunt petendi: & intra quod tempus peti debeat; & cujus expensis sint dandi, declaratur.

7 Appellans tenetur suis expensis omnia acta processus ad Superiorem deferre; & si reus eis uti velit, pro rata solvet eas: & intra quod tempus Notarius teneatur acta exhibere appellanti: & qua pœna Judex teneatur, si impenderit, ne acta appellanti tradantur: & ibi Concilium Tridentinum explicatur.

8 Appellatio in Foro Ecclesiastico coram quo Judice interponi debeat.

9 Libellus appellationis in Foro Ecclesiastico Hispanæ compositus.

10 In libello appellationis à diffinitiva causa gravaminis non sunt exprimenda: secus in appellatione ab interlocutoria.

11 Appellatio quando remaneat deserta, ex

eo quod appellans intra terminum non se presentavit coram Superiore, vel non petiit Apostolos, vel non fuit prosecutus appellacionem.

12 Appellans coram Superiore cum testimonio suæ appellacionis debet se presentare, petens ab eo, ut det sibi mandatum inhibitionis, citationis, & compulsionis.

13 Superior appellanti coram se presentanti dat solummodo mandatum citationis, & compulsionis; inhibitionem differt, donec acta processus ad se deducantur, & ex eis videat, an à sententia diffinitiva fuerit appellatum.

14 Inhibitio contra Judicem à quo quando, & in quibus casibus dari debeat à Superiore, traditur, & ibi declaratur Concilium Tridentinum, Sess. 13. de Reformat. cap. 3. & Sess. 24. de Reformat. cap. 10. & Sess. 25. de Reformat. cap. 14. circa non admittendam inhibitionem Superioris contra Inferiorem in causis criminalibus.

15 Libellus gravaminum in Foro Ecclesiastico coram Judice appellationis porrigendus, Hispanæ compositus.

16 Revocatio attentatorum in quacunque parte litis ab appellante peti potest, licet tutius sit, quod in ipso libello gravaminum petatur.

17 Libellus responjorius appellati in Foro Ecclesiastico Hispanæ compositus.

18 Appellatio ab interlocutoria ex actis processus primæ instantiæ, & non ex novis secundæ justificari debet.

19 Judex ad quem pronuntians se Judicem in causa appellationis interposita ab interlocutoria, retinet etiam cognitionem negotii principalis, & super isto articulo ante omnia debet præferre sententiam.

20 Judex ad quem prævidens, appellacionem ab interlocutoria esse injustam, debet pronuntiare se non esse Judicem, remittens negotium ad Inferiorem, & appellantem in expensis condemnans.

21 Regula, quod in secunda instantia non allegata allegabo, & non probata probabo, qualiter intelligatur.

22 Sententia interlocutoria, quibus Judex ad